Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26478
Copyright: Admont, Benediktinerstift

hoc uob sufficere credatis nisi etiam me quem
ad mundum uerbum uite sum illuminans
animas iustificans peccatores et mortu
os uiuificans spiritualiter edere didicistis De ar
Hoc est uere lignum uite bore sapientie
Verbum patris in excelsis sapientia dei uidelicet
que in cordibus sanctorum tamquam in paradiso
inuisibili per timorem seminatur per gratiam riga
tur per dolorem moritur per fidem radicatur per de
uotionem germinat per conpunctionem oritur.
per desiderium crescit per caritatem roboratur
per spem uirescit per circumspectionem frondet.
et expandit ramos. per disciplinam floret.
per uirtutem fructificat per patientiam maturescit
per mortem carpitur per contemplationem cibat. Sed
quia longus sermo processit paululum respi
remus. simul orantes ipsam dei sapientiam. ut
nos gustu dulcedinis sue dignetur saciare.
que nos per gustum amare mortis non dedig
nata est redimere. cui sit honor et imperium
in eterna secula seculorum. amen. Explicit liber II.
IN FINE PRECE INCIPIT TERCIUS.
dentis libri per similitudinem cuiusdam arbo
ris demonstrauimus. qualiter sapientia oriatur